Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De arboribus communibus

glande vixerunt unde poeta mortales p
mi ructabant gutture glandes
Juglans dicitur est nux et ibi quere infra
Juniperus quasi gingnens pyr i. ig
nem ut dicit Ysidorus arbor est igne
sic dicta a pyr quod est ignis eo quod con
ceptum diu teneat ignem adeo ut si prune
eius cinere fuerint coopte usque ad annum
perduret Juniperorum alia magna alia parva
Succus Juniperi valet in stillatus dolori aurium
et surditati fomentatus scilicet de vino decoctionis
Juniperi multum vz artetice et podagre folia
Juniperi cum aqua et melle bibita mortuum
fetum excutit et secundinam et sanguinem
post partum cito provocat Juniperi grana sive
fructus armonodia dicuntur et sunt c et sic
in tercio gradu unum habet dissolvendi et consumen
di et in vere colliguntur decoctio horum in aqua
pluviali vel etiam vino vz contra fluxum ven
tris huius etiam grana in uncta virge virali
prohibent ne erigatur comesta Jeiuno cerebrum
confortat sensus temperant visum custodiunt
flecma fugant pectus mundificant vocem
clarificat ventositatem depellunt Stomachum
confortant cibum indigestum digerunt cola
lum frangunt contra stranguiriam optime
valent medullam calefaciunt palesim fu
gat anhelitum bonum reddunt Oleum ex lig
nis Juniperi fit hoc modo in terra ponatur
olla vacua et super ipsam alia olla ponitur
que in fundo habeat foramen huic super
olla impleatur lignis Juniperi siccis et obtu
retur optime ne aliquid exeat de fumo fiat
que circumquaque ignis validus lignis quasi ar
dentibus continue secus oleum modicum fluit ex
olla superiori in inferiorem ollam quod effica
cissimum est contra quartanam et colicam pas
sionem in unctum ex eo corporibus vel in cibo
sumpto Contra epilensiam et yliacam passio
nem etiam vz in uncta ex eo spina dorsi Sump
tum in cibo contra melancoliam valens vz omnes
Juniperi grana secundum Serapionem dicitur
habhal haraba i. Juniperus
est una ex speciebus cipressi masculi et omnes
sunt quatuor specierum et sunt Juniperus et ab
hel i. savina et sterbin et garar Sed Juniperus
que nominatur aronias est ex ea alia magna
alia parva et habet fructum et quidam reperitur

eo fructus est magnus sicut nabach et quidam
parvus sicut faba nisi quia ipse est totus
rotundus Et virens arboris proprie est sicca
et calida Sed est calidus ipsius fructus est secundum
hoc et siccitas eius est in primo Et savina
et est illa que dicitur brathos non habet fructum
et nos iam diximus de ea superius Sed sterbin
est illa que nominatur pradac et habet fructum
similem fructui Juniperi cuius magnitudo est sic
grani ciceris Sed est rotundus et sermo de ipso
veniet postea in capitulo de alkatran Et vir
tus zerbin est sicca et calida in tercio gradu
Et virtus fructus eius est temperata eius licet adeo
quod possibile est quod comedatur nisi quia si quis
comederet nimis ex ea induceret soda et
calefaceret corpus et induceret mordicatio
in stomacho suo Sed garar est species parva sterbin
bin memoratio eius veniet in sequenti Dyasco
rides artonas et est Juniperus magna et
parva et calefaciunt ambe et subtiliant et
provocat urinam Et quando fit fumigium cum eis
expellit reptilia venenosa et habet fructum cuius
quidam reperitur in magnitudine avellane
et quidam in magnitudine fabe nisi quod est
rotundus et habet odorem bonum et est dulcis
habens inse aliquantulum amaritudinis et no
minatur cum arconis et calefacit calefactione
pauca et est stipticus et bonus stomacho
et quando sumitur ex eo in potu confert dolori pec
toris et tussi et inflationibus et torsioni
bus et expellit venena et provocat urinam
Et est conveniens attraccioni nervorum et dolori
matricis hec serapio
Juniperus secundum Angelum Salleatum
de padua est arbor quedam fructus
producens parve quantitatis ad rotunditatem decli
nantem et est species cipressi Et dicitur cipressus
silvestris Unde cipressus habet quatuor
species una est domestica et producit nuces
quibus utimur in medicinis et est arbor
magna ultra partibus maximis crescens
Secunda species savina Tercia dicitur esse Juniperus
Quarta non est michi nota Sed dicunt doc
tores quod est quedam arbor producens grana
similia Juniperis et Juniperus habet duas
species scilicet magnus et parvus Magnus est ar
bor magna in latitudine satis protensa
parvus est hic circa nos et est arbor spinosa